*precipiat.*⁹⁹ Quarto, quia ibi existendo paradisum quodammodo [!] habet in terra. *Si enim paradisus est in terra, aut est*¹⁰⁰ *in studio, aut in religione*¹⁰¹ secundum Petrum Fanensem.¹⁰² Intrans ergo ordinem predicatorum vtrumque simul procul dubio habet, scilicet religionem et studium. Quia vix est aliqua religio, vbi studium ita vigeat, aut studio ita vacari possit propter horarum¹⁰³ breuitatem. Quinto, quia conformior est vite seu perfectioni Christi et apostolorum, ut enim dicit *S. T.* 2a 2e, questione 188, articulo sexto: *Summum gradum in religionibus tenet, que ordinatur ad docendum et predicandum et est propinquissime perfectioni episcoporum*¹⁰⁴ *et per conventus apostolorum, quorum vices gerunt ipsi.*¹⁰⁵ Petrus eciam de Palude in quarto, distinctione 38., articulo tercio dicit, quod *illa est perfectissima religio essentialiter, cuius obediencia est ad predicandum essentialiter, principaliter et nominaliter instituta, ad quam ex omni alia licet transsire [!].*¹⁰⁶ *Sicut eciam religioso licet migrare ad episcopatum,*¹⁰⁷ *non quia arcior sed quia perfectior, ita et hic, eciam si alia sit maioris austeritatis.*¹⁰⁸

Merito ergo Paternitas Vestra Metuendissima ipsum ordini nostro donare poterit, quod faciendo Paternitas Vestra Metuendissima relinquet post se memoriale perpetuum in ordine predicatorum, puta, quia tantus princeps et prelatus cardinalis, scilicet et archi- [78^r] episcopus et primus incliti regni Hungarie cognotum tam propinquum ordini pauperi pro Dei amore tradidit. Nec reputet Paternitas Vestra Reverendissima per hoc ipsum perdere aut expensas propter ipsum factas inutiliter consumpsisse. Certi enim sumus, quod, velut magne religiositatis et sanctitatis viro, visum est Paternitati Vestre Reuerendissime bonum eum nutrire. Et quod est illud bonum vtique cultus et seruitus Dei, hoc autem amplius habere potest in religione, quam extra, vbi non solum partem bonorum aut vite, sicut seculares, faciunt secundum Gregorium, sed totam vitam, scilicet res exteriores, et corpus et animam sibi in sacrificium dedica[n]t. Intimior ergo ibi fit eius famulus. Denique quicquid ibi Deo seruire potest, quam in seculo, vbi forte curis implicatus secularibus aut alijs negocjjs <vje>¹⁰⁹ vix raptim et cum offensa consciencie suas horas

⁹⁹ THOMAS DE AQUINO, [67000] *Quodlibet* I, q. 9 a. 4 co.; THOMAS DE AQUINO, [46492] *STh*, II^a-IIae, q. 186 a. 9 ad 1.

¹⁰⁰ Az est kimarad FRANK részleges átiratából (1976, 210).

¹⁰¹ PETRUS BLESENSIS, *Epistolae*, PL 207, 0042B [Ep. XIII. *Ad monachum novitium*]: *Si paradisus in hac vita praesenti est, vel in claustro est, vel in scholis.*

¹⁰² Petrus *Fanensis*, azaz Petrus Blesensis (Pierre de Blois); FRANK, uo. *secundum Petrum Cantorem*.

¹⁰³ FRANK, uo. *horarii*.

¹⁰⁴ THOMAS DE AQUINO, [46617] *STh*, II^a-IIae, q. 188 a. 6 co. Figyelemreméltó, ahogy Huntpichler az eredetileg többes számban, így általánosan megfogalmazott állítást egyes számban, tehát konkrétan a domonkos rendre értendőként interpretálja.

¹⁰⁵ THOMAS DE AQUINO, [87693] *Super II Cor.*, cap. 1 l. 1.

¹⁰⁶ PETRUS DE PALUDE, 1552, 406.

¹⁰⁷ Kolduló szerzetes általában nem lett püspök vagy érsek, azonban ez alól – pápai engedéllyel – akadtak kivételek, például az obszerváns ferences Tomori Pál (1523–1526 kalocsai érsek). Szécsi talán azért nem támogatta unokaöccse szándékát, mert fényesebb egyházi karriert szánt volna neki – Huntpichler a hasonlatot érvként is használhatja Miklós rendbe lépése mellett.

¹⁰⁸ PETRUS DE PALUDE, 1552, 404.

¹⁰⁹ A kéziratban törölve.

dicere posset. Testis est beatus Gregorius, qui cum putaret, quod tucius posset in seculo Deo seruire, cepit¹¹⁰ ibi non *solum corpore sed et mente teneri*.¹¹¹ Si autem Paternitas Vestra Reuerendissima nutrit eum ad dignitates propter illud Apostoli: *Qui episcopatum desiderat, bonum opus desiderat*,¹¹² quod tamen non credimus, cum secundum Apostolum *habentes victum et vestitum debemus esse contenti*,¹¹³ quod etiam Salomon petebat Domino.¹¹⁴ *Tantum uictui meo tribue necessaria*, que in religione sine sollicitudine [!] habet. Nichilominus tamen melius est, quod in virtutibus exercitatus ad hoc promoueat, [78^v] quia *oportet episcopum irreprehensibilem esse secundum Apostolum, ibidem*.¹¹⁵ Vbi autem hoc melius, quam in religione acquirere potest? *Ibi enim abnegat propriam uoluntatem*,¹¹⁶ que secundum Anselmum *iniciium omnis mali est*.¹¹⁷ Insuper amputat sibi occasiones omnium peccatorum, que abicit a se tria mala totum genus humanum occupancia, que *radix sunt omnium malorum*.¹¹⁸ Cupiditas scilicet, superbia, sew ambicio, et concupiscencia carnis. *Succisa autem radice criminum non pullulant cetere soboles peccatorum*¹¹⁹ secundum Ysidorum, *De summo bono*, libro secundo, capitulo 42. Imo nutrire ipsum ad dignitates est ipsum nutrire ad pericula magna, in quibus sunt potentes secundum illud Augustini in Regula: *Quanto in loco superiori, tanto in periculo maiori versatur*.¹²⁰ Gregorius etiam in *Post*.¹²¹ ostendit, quod qui prelacionis assummit [!] statum, multis periculis se exponit, dicens: *plerumque in occupacione regiminis, ipse quoque boni operis usus perditur, qui in tranquillitate tenebatur, quia quieto maiori etiam recte nauim inperitus dirigit turbato aut tempestatis fluctibus, etiam peritus se nauta confundit. Quid namque est potestas culminis, nisi tempestas mentis? In qua cogitacionem semper procellis nauis cordis concitur*¹²² et huc illucque incessanter impellitur, ut per repentinos excessus oris [et] operis, quasi per obuiancia, saxa frangatur.¹²³ Qui ergo ad dignitates aspirat – S. T.; in *Tractatu de perfeccione*, vbi supra capitulo XXII – uel nimie [79^f] *presumpcionis est, si se tam fortem estimat, ut inter pericula possit manere securus, uel omnino sue salutis curam non habens, si peccata uitare non curat. Qui uero statum religionis assummit, pericula peccati uitat. Vnde Ieronimus ex persona monachi dicit, Contra Vigilancium*:¹²⁴ *Ego, cum fugio –*

¹¹⁰ Recte: *coepit*.

¹¹¹ GREGORIUS I, *Commentarii in librum I Regum*, PL 79, 0262A.

¹¹² 1Tim 3:1.

¹¹³ Cf. 1Tim 6:8.

¹¹⁴ A kéziratban: *Dionisio*. A forrás: Prov 30: 8.

¹¹⁵ 1Tim 3:2.

¹¹⁶ THOMAS DE AQUINO, [69807] *De perfeccione*, cap. 16.

¹¹⁷ EADMERUS CANTUARIENSIS, *De S. Anselmi similitudinibus*, PL 159, 0607C.

¹¹⁸ 1Tim 6:10.

¹¹⁹ ISIDORUS HISPALENSIS, 1998, 180–181 [II, 41, 4].

¹²⁰ L. VERHEIJEN; a *Praeceptum* a kritikai kiadásban: 417–437., Cf. AUGUSTINUS HIPPONENSIS, *Epistulae*, PL 33, 0965; idézi: THOMAS DE AQUINO, [40414] *STh*, II^a–IIae q. 33 a. 4 ad 3.

¹²¹ *A Post. a Past. (Regula pastoralis)* elírása lehet.

¹²² Recte: *quatitur*.

¹²³ GREGORIUS I, *Regula pastoralis*, PL 77, 0022B.

¹²⁴ THOMAS DE AQUINO, [69813] *De perfeccione*, cap. 19

*mundum*¹²⁵ –, *non vinco in eo, quod fugio, sed ideo fugio, ne vincar. Nulla securitas vicino serpente dormire. Potest fieri, ut me non mordeat, tamen potest fieri, ut me aliquando mordeat.*¹²⁶ *Et licet in medio carnalium – secundum idem libro*¹²⁷ *tercio, capitulo 17 – non nunquam Deus vitam protegat electorum, tamen satis est rarum, ut quisque inter seculi voluptates a vicijis penitus maneat illibatus.*¹²⁸ Idem Crisostomus supra Matthaicum: *Sicut difficile est arborem iuxta viam positam bonos usque ad maturitatem fructus perducere, ita difficile est hominem seculariter viuentem immaculatam iusticiam usque in finem custodire.*¹²⁹ Et bene periculosa est valde conuersacio secularis, vbi *periclitatur castitas, anichilatur [!] humilitas in delicijis, pietas in negocijs perit, veritas in multiloquio, caritas in seculo.*¹³⁰ *Via ergo sine offendiculo est uita monachi.*¹³¹ Si vero nutritur pro edificacione [!] et instruccione aliorum, sicut quidam proferunt vitam actiuam contemplatiue, dicentes *contemplatiuam vitam esse bonam, quoad se tantum actiuam, vero quoad se, et quoad alios quia licet contemplatiua sit securior, actiua tamen est fructuosior.*¹³² [79^v] Extra¹³³ de re nunc „c”: Ne putes. Sed isti non aduertunt illud, quod dicitur XIX, questio 1, c. „Clerici”, vbi vita contemplatiua simpliciter prefertur actiue. Dicitur enim: *clerici, qui monachorum propositum appetunt, quia meliorem uitam sequi cupiunt, liberos*¹³⁴ *eis ab episcopo oportet largiri ingressus.*¹³⁵ Verum est, si uita actiua est fructuosior, melius tamen est vtramque simul habere, quia secundum Philosophum¹³⁶ in libro de eligendis: *Duo bona melius sunt, quam vnum.* Existens autem in ordine predicatorum et professioni sue satisfaciens habet ne dum vitam contemplatiuam, sed etiam actiuam secundum *S. T.* 2a 2e, questione 188, articulo sexto: *qui principaliter propter zelum animarum non solum intrancium, sed etiam communiter animarum est institutus.*¹³⁷ *In zelo autem animarum talis ordo seruandus est, secundum eundem in tractatu De perfeccione vite spiritualis, capitulo XXVII,*¹³⁸ *ut homo primo zelum anime sue habeat, eam ab omni affectu terrenorum absoluens secundum illud Ecclesiastici XXX: Miserere anime tue, placens Deo,*¹³⁹ *sic igitur si aliquis post contemptum terrenorum et sui in hoc procedat ulterius, ut etiam aliarum animarum habeat zelum, erit*

¹²⁵ Aquinói Szent Tamás idézi Hieronymus *Contra Vigilantium*át. A magyarázó közbevetés – *mundum scilicet* – Szent Tamástól való; Huntpichlernél a két szöveg határai összemósódnak.

¹²⁶ HIERONYMUS STRIDONENSIS, *Contra Vigilantium*, PL 23, 0352A.

¹²⁷ *Libro*: ti. Isidorus művében.

¹²⁸ ISIDORUS HISPALENSIS, 1998, 246–247 [III, 17, 2].

¹²⁹ Cf. JOHANNES CHRYSOSTOMUS, *Homiliae super Matthaicum*. <http://tudigit.ulb.tu-darmstadt.de/show/inc-iii-120/0142> (megtekintve: 2016. 10. 12.), 142.

¹³⁰ Cf. INCERTUS 183, *Flores seu sententiae ex S. Bernardo*, PL 183, 1197B.

¹³¹ ISIDORUS HISPALENSIS, 1998, 247 [III, 17, 3].

¹³² Cf. INNOCENTIUS III, *Regesta sive epistolae* 3, PL 216, 0026A. Az idézett hely párhuzamot von Ráchel és Lea, valamint a *vita contemplatiua* és a *vita actiua* között; az Újszövetségből megfeleltethető ennek Mária és Márta példázata, lásd pl. THOMAS DE AQUINO, [46096] *STh*, II^a–IIae, q. 179 a. 2 s. c.

¹³³ Liber Extra: *Corpus Iuris Canonici*, 1881, liber I, Tit. Cap. IX., *De renunciatione*, 11. §

¹³⁴ Recte: *libros*.

¹³⁵ THOMAS DE AQUINO, [46333] *STh*, II^a–IIae, q. 184 a. 8 co.

¹³⁶ *Philosophus*: Aristotelés.

¹³⁷ Cf. THOMAS DE AQUINO, [46613] *STh*, II^a–IIae, q. 188 a. 6 arg. 1.

¹³⁸ Az idézett szakasz a *caput xxxiii*-ban található.

¹³⁹ Sir 30:24.

*perfectius sacrificium. Sed tunc perfectissimum erit, cum post contemptum predictorum ad zelum animarum habendum voto seu professione obligatur, sicut episcopus.*¹⁴⁰ Hec ille. Denique quomodo potest alios edificare aut instruere sine sapientia? Manifestum est autem, quod plus et melius in religione potest sa- [80°] pienciam haurire, quam extra, propter impedimentorum annullacionem et apud nos, quam in quacumque alia religione propter honorum humilitatem, nec non statum docendi suscipere. In horum signum armario fere omnia plena inveniuntur libris,¹⁴¹ quos ad ecclesie instruccionem fecerunt religiosi. Vt Ieronimus, Augustinus, Basilius, Damascenus, Gregorius Nazianzenus,¹⁴² Crisostomus, Beda, Rabanus, Sanctus Gregorius, Thomas, et alij plurimi.

Ne dum ergo securius, sed etiam melius est quem in religione esse, quam extra, tam in vita, quam in morte, et etiam post mortem. In vita quidem propter multas ipsius vtilitates, quarum prima est uocacionis diuine certificacio [!]. Secunda veneni caritatis abiectio, quod est cupiditas. Tercia est ad victimandum se perfectam dispositio. Quarta viri holocausti oblacio. Quinta vite Christi perfecta imitacio. Sexta plena peccatorum remissio. Septima philosophie supreme professio. Octaua ad Deum facilius ereccio. Nona in dubijs tucior ambulacio. Decima operum per uota melioracio. Vnde religiosus est in statu maxime meritorio, ita quod etiam opera inuoluntaria fiunt meritoria, dum tamen ratio vincit, et homo exequitur obedienciam. Vndecima, quod a multis peccatis protegitur, et quod rarius cadit. Duodecima, quod si interdum cadit, *facilius resurgit, nec peccat grauius, quam secularis*¹⁴³ secundum S. T. tribus casibus exceptis.¹⁴⁴ Decima tertia, quod magnam habet confidenciam, quod de numeris sit electorum, si ita per- [80°] [se]ueraverit. Decima quarta, quod facilius exauditur. In morte vero, quia securius moritur propter assistenciam fratrum ibidem existencium et pro ipso orancium, nec non sanctorum, angelorum, et fratrum ipsum conducencium. De quo ponit beatus Gregorius exemplum terribile Omiliarum XXVII: *et si quid habet purgandum, cicius purgatur propter oracionis*¹⁴⁵ *et suffragia fratrum post mortem uero, quia premiabitur copiosius,*¹⁴⁶ ymmo cum Christo iudicaturu veniet ad iudicium sedens super sedes duodecim¹⁴⁷ etc. Horum probacio sanctorum testimonio causa breuitatis obmittitur. Et certe, nisi securius et melius haberet quis in religione quam extra, uita religiosorum esset stulticia quedam, ymo et apostoli, a quibus omnis religio[nis] supersit exordium, martires et confessores su[m]p[er]issent delicias corporis, nec non propriam vitam contempnendo, cum secundum opinionem secularium eque bene potuissent saluari ea non contempnendo, quia ipsi sperant se delicy[s] ire ad delicias. Sic etiam ecclesia, cuius intencio est homines fideles ad maiorem statum perducere, grauiterrasset et adhuc erraret religiones permittendo.

¹⁴⁰ THOMAS DE AQUINO, [69821] *De perfectione*, cap. 23.

¹⁴¹ Híradás a domonkos könyvtár könyveiről.

¹⁴² A kéziratban *Razanzenus*. Helyesen *Nazianzenus*, azaz Nazianzi Szent Gergely.

¹⁴³ THOMAS DE AQUINO, [46499] *STh*, II^a–IIae, q. 186 a. 10 co.

¹⁴⁴ „A szerzetesség tizenkét (?) gyümölcse.” – a forrás talán Johannes NIDER (1611, 297–386).

¹⁴⁵ Recte: *oraciones*.

¹⁴⁶ Cf. GREGORIUS MAGNUS, 1999, Homilia XXVII, 7–9. (*ecce videmus fratres...*)

¹⁴⁷ Cf. Mt 19:28.

Quibus omnibus ponderatis Paternitas Vestra Reuerendissima nullam penitus haberet causam tristicie, si rationem vis doloris admitteret, sed leticie propter hoc, quod eum talem nutrire meruistis. Et licet plures non proficiant ibi, sed deficiant, religio tamen non est <in> causa, sed eorum mala uoluntas, sicut nec apostolatus Iude et principatus Lucifero fuit in ruinam. Ideo non [81^r] est propter hoc dimittendum propositum religionem intrandi, quia tunc nullus status, nec paruus, nec magnus secure posset assummi [!], cum in quolibet deficiant aliqui. Si in celo, paradiso, in schola Christi repertum est malum, quis erit status sine macula? Ymmo nullus deberet esse in statu seculari, quia ibi incomparabiliter plures deficiunt, quam in religione, nec propter hoc omnes sunt tales censendi. Vnde Augustinus in epistula ad ecclesiam Ypponensem <lo> loquens de malis secularibus, qui detrahunt religiosis et clericis, dicit: *Ad quid sedent alij et isti et quid temptant, nisi ut, si quis episcopus, uel clericus, uel monachus, uel sanctimonialis ceciderit, omnes tales esse credunt, sed non omnes posse manifestari. Quando autem ipsi cum aliqua maritata adulterari <non>¹⁴⁸ inueniuntur, nec proiciunt uxores suas, nec accusant viros suos.*¹⁴⁹ *Cum vero de aliquibus, qui nomen sanctum confitentur, aliquid cernunt, uel falsi insomniunt, uel veri patiunt,*¹⁵⁰ *instant, sat agunt, ambiunt, ut de omnibus hoc credatur.*¹⁵¹ Vbi et dicit: *sicut non sum expertus meliores, quam qui in monasterijs profecerunt, sic nec sum expertus peiores, quam qui in monasterijs defecerunt.*¹⁵² Si quis obicierit: Vbi maior pugna, maior corona, dicit enim Chrysostomus¹⁵³ in libro sexto sui dyalogi: *Si aliquem michi adducas monachum, qualis fuit Heljas, tamen quamdiu solus est, si non perturbatur, neque grauiter peccat, quippe quia non habet, a quibus stimuletur et exasperetur, non modo [81^v] illi comparandus est, qui, traditus populis et multorum ferre peccata compulsus, immobilis perseuerauerit et fortis. Et iterum: Si quis michi proponeret opcionem, vbi mallet Deo placere, in officio sacerdotali aut in solitudine monachorum, eligerem illud, quod prius dixi.*¹⁵⁴ Dicendum secundum S. T. in tractatu, quo supra, capitulo XXV, et 2a 2e, questione 188, articulo ultimo, quod Chrysostomus ibi ostendit difficultatem bene persistendi maiorem esse in eo, qui preest populis, quam in eo, qui solitariam vitam ducit.¹⁵⁵ Vbi autem est maius <est> periculum, maior est uirtus, si periculum vitetur. *Maioris enim virtutis esse ostenditur, qui inter malos bene conuersatur, quam inter bonos. Sed hoc eciam ad magnitudinem virtutis pertinet, quod aliquis uitet pericula religionem intrando, secundum eundem 2a 2e, propter quod non dicit Chrysostomus, quod mallet esse in officio sacerdotali, sed quod mallet ibi Deo placere,*

¹⁴⁸ Áthúzva a kéziratban.

¹⁴⁹ AUGUSTINUS, 1898, 341: *viros suos helyett matres suas.*

¹⁵⁰ Recte: *patuerit.*

¹⁵¹ AUGUSTINUS, 1898, 340–341 [ep. LXXVIII, 6]. Idézve: THOMAS DE AQUINO, [86178] *Super Rom.*, cap. 3 l. 1.

¹⁵² AUGUSTINUS, 1898, 344–345 [ep. LXXVIII, 9].

¹⁵³ JOHANNES CHRYSOSTOMUS, *Dialogus de sacerdotio*, liber VI, 4, PG 48, 683.

¹⁵⁴ THOMAS DE AQUINO, [46326] *STh*, II^a–IIae, q. 184 a. 8 arg. 1. A citátumot feltehetőleg a *Summa Theologiae* közvetítette; Szent Tamás az *et iterum*-nak megfelelőethetően köti Chrysostomus e két gondolatát.

¹⁵⁵ Cf. THOMAS DE AQUINO, [46334] *STh*, II^a–IIae, q. 184 a. 8 ad 1.

quam hic, quia hoc est maioris <est> uirtutis iudicium.¹⁵⁶ Placere enim Deo in officio sacerdotali est absque peccato permanere. Vnde notanter dixit: *Inmobilis permansit et fortis.*¹⁵⁷ Sed rara auis in terra nostra. Quis enim Adam perfecior, Sampson forcior, Dauid sanccior, Salomone sapiencior, ut inter pericula huius seculi securus existat? Nec facta mirabilia paucorum trahenda sunt ad communia. Vnde *licet Abraham diuicias possidens perfectus fuit, non habens animum diuicijs inretitum sed Deo coniunctum,*¹⁵⁸ Gen. 17,¹⁵⁹ *et in laudem Loth legatur, [82^r] quod aspectu et auditu iustus erat habitans inter eos, qui cottidie [!] animam iusti iniquis operibus cruciabant,*¹⁶⁰ tamen infirmi magis ea laudare possunt et mirari, quam imitari. Sicut et illud, quod Sampson multos philostrorum¹⁶¹ prostrauit cum mandibula asine, et Dauid Goliath non in armis, sed funda et lapide deiecit. *Et ideo quanto talium¹⁶² maior est uirtus, tanto minor est numerus,*¹⁶³ secundum illud Ecclesiastici 31: *Quis est hic? Et laudabimus eum: fecit enim mirabilia in uita sua.*¹⁶⁴ Loquitur autem Chrysostomus ubi supra non de quolibet in seculo existente, sed de pastore uocato, ut Aaron. Vnde dicit notanter: *populis traditus multorum ferre peccata compulsus etc.*¹⁶⁵ *Alij namque plerumque magis temporalia considerant, quam eterna.*¹⁶⁶ Denique si hoc argumentum concludent, expediret, quod clerici et laici frequentarent coreas. Iterum, quod clerici tenerent in curijs suis mulieres pulcras. Iterum, quod uoluptuose semper fercula pararentur, quia in illa pugna resistendo esset maior corona. Et ita de multis alijs. *Et quamuis quilibet sapiens magis eligeret esse tante uirtutis, ut etiam inter pericula quecumque illesus posset persistere, nullus tamen nisi insipiens ex hoc ipse statim¹⁶⁷ periculosiorem statui securiori preferat.*¹⁶⁸ Sentiens Augustinus difficultatem bene persistendi in multitudine populi seu conuersatione seculari, respondendum talibus argumentis de singularitate clericorum dicens: *Nemo sibi proponat et dicat: [82^v] habere uolo, quod uincam, hoc enim est dicere: uiuere uolo sub ruina.*¹⁶⁹ Quis tam stultus, ut artari cupiat ad laborem, cui datur delicacius triumphare? Non enim tutus est triumphus sub femine presentiam. Quia secundum Bernhardum: *cum femina semper esse et eam non cognoscere maius est, quam mortuos suscitare.*¹⁷⁰ Et premitit Augustinus ibidem optimum consilium, dicens: *cum adhuc concupiscencia nulla pectus pulsata, dum adhuc simplicitas incorrupta et quieta permanet, ad secretam*

¹⁵⁶ THOMAS DE AQUINO, [46334] *STh*, II^a-IIae, q. 184 a. 8 ad 1.

¹⁵⁷ THOMAS DE AQUINO, *ibid.*

¹⁵⁸ THOMAS DE AQUINO, [69789] *De perfectione*, cap. 7.

¹⁵⁹ Szent Tamás erre érte: Gen 17:1. *Ambula coram me et esto perfectus.*

¹⁶⁰ Cf. 2Pt^r 2:7-8.

¹⁶¹ Recte: *philisteorum*.

¹⁶² A *talium* elején egy *m*, áthúzva; az elírás oka talán az utána álló *maior* szó.

¹⁶³ THOMAS DE AQUINO, [69789] *De perfectione*, cap. 7.

¹⁶⁴ Sir 31:9.

¹⁶⁵ THOMAS DE AQUINO, [46326] *STh*, II^a-IIae, q. 184 a. 8 arg. 1.

¹⁶⁶ THOMAS DE AQUINO, [69813] *De perfectione*, cap. 19.

¹⁶⁷ Recte: *statum*.

¹⁶⁸ THOMAS DE AQUINO, [69815] *De perfectione*, cap. 20.

¹⁶⁹ CYPRIANUS, 1868, 183.

¹⁷⁰ BERNARD OF CLAIRVAUX, 2003, 324 [65. sermo 4].

*singularitatis tutelam cito concurrere, ne postmodum non valeatis effugere. Preocupandus [!] est animus¹⁷¹ cum certis¹⁷² insidijs, ne hostilitas prior abrepens¹⁷³ occurrat inprudidis. Salutare remedium potius prevenire, quam preveniri.¹⁷⁴ Et timendus est, qui in multis taliter arguentibus et de sua uirtute presumentibus locum habeat illud [!] Ieronimi ad Iulianum: Quondam diues adolescens omnia, que in lege precepta sunt, se implere iactabat, ad quem Dominus: Vnum tibi deest. Si vis perfectus esse, vade, et vende omnia, que habes, et da pauperibus illa. Quod ille audiens abijt tristis.¹⁷⁵ Qui omnia se implere dicebat, in primo certamine diuicias vincere non potest.¹⁷⁶ Et qui non potest, minus, scilicet quod nature sue minus est coniunctum, ymo omnino alienum, id est res exteriores, superare maiora, quomodo preualebit nature scilicet coniunctione et affinitate eius que necessitate coniuncta, puta carorum affectus, corporis voluptates maximas, que ipsius delectaciones [83^f] hominem maxime inpedientes, ne affectus eius totaliter tendat in Deum. Postremo si quis dixerit: „Ergo omnes debent in religionem intrare!”, et si sic, „Qui secularia negocia exercebit?” Cum secundum Apostolum: Nemo militans Deo implicat se negocijs secularibus.¹⁷⁷ „Et ex continenti quis religiosos enutriet?” Respondet Ieronimus, *Contra Vigilantium*, et allegat S. T. 2a 2e, questione ultima, articulo septimo dicens: licet a te li[n]gwe viperee morsus grauissimos patiantur, sed religiosi, quibus argumentaris, et dicis, si omnes se clauerint et fuerint in sollicitudine [!], quis celebrabit ecclesias? Quis seculares homines lucrifaciet? Quis peccantes ad virtutes poterit exortari? Hoc enim modo, si omnes tecum fatui sint, sapiens esse quis poterit? Et uirginitas non erit approbanda, si enim uirgines omnes fuerint et nupcie non erunt, interibit genus humanum. Rara est uirtus, nec a pluribus appetitur [!].¹⁷⁸ Patet ergo, quod hic timor stultus est, sicut etiam si quis timeret haurire aquam, ne flumen deficeret¹⁷⁹ – [S.] T., vbi supra.*

Ceterum quomodo homines tam modici autoritate et meritis tanto in ecclesia Dei principi sic scribere aut loqui auderent, nisi fiducia maxima fulciti? Si quid ergo indiscreto nostra demeruerit, dignacio Vestre Metuendissime Paternitatis indulgeat et ordinem nostrum in inclito deuotissimo regno Hungarie habere dignetur commendatum, sicut [83^v] quantum ex se fuit huc usque facere dignata, ipse retribuet, sine quo nulla merces merces est.

Vestre Metuendissime Paternitatis humiles filioli et exoratores vtinam digni, frater Leonardus de Valle Brixiensi, vicarius conuentuum reformatorum in Austria, Stiria, Carinthia et frater Geruasius Conuentus Wiennensis ordinis predicatorum etc.

¹⁷¹ CYPRIANUS, 1868, 217, *aditus*.

¹⁷² CYPRIANUS, *ibid.*, *cunctis*.

¹⁷³ Recte: *obrepens*.

¹⁷⁴ CYPRIANUS, 1868, 217.

¹⁷⁵ A mondat Huntpichler betoldása a Hieronymus-idézetbe.

¹⁷⁶ HIERONYMUS2, 1996, 439 [ep. 118, 4]. Cf. Mt 19:16–22.

¹⁷⁷ 2Tim 2:4.

¹⁷⁸ A Hieronymus-idézet vége a *Summa Theologiae*-idézetben belül. HIERONYMUS STRIDONENSIS, *Contra Vigilantium*, PL 23, 0351B.

¹⁷⁹ THOMAS DE AQUINO, [46706] *STh*, II^a–IIae, q. 189 a. 7 ad 2.

Rövidítések és irodalomjegyzék

- ALBERTUS MAGNUS
1894 BEATI ALBERTI MAGNI *Opera omnia*. 29. Ed. Auguste BORGNET. Parisiis, L. Vives, 1894.
- AUGUSTINUS
1898 S. AURELII AUGUSTINI HIPIONIENSIS EPISCOPI *Epistulae* [CSEL 34/2]. Ed. AL. GOLDBACHER. Vindobonae, F. Tempsky, 1898.
- BÁRCZI
2007 BÁRCZI Ildikó: *Ars compilandi: A késő középkori prédikációs segédkönyvek forráshasználata: a hiteles információk összegyűjtésének kevésbé bevallott módszerei: Az intertextualitás információs rendszerei*. Budapest, Universitas Kiadó, 2007.
- BERNARD OF CLAIRVAUX
2003 BERNARD OF CLAIRVAUX: *Sermones in Canticum Cantorum 51–68* [SC 472]. Ed. Jean LECLERCQ et AL. *Sermons sur le Cantique*. Paris, Editions du Cerf, 2003.
- BERNHARDUS
1839 SANCTI BERNHARDI *abbatis primi Clarae-vallensis Opera Omnia*. Ed. D. Joannis MABILLON. I, Parisiis, apud Gaume fratres, 1839, 226–228.
- BORONKAI
1980 VITÉZ János *levelei és politikai beszédei*. Bev. BORONKAI Iván. Budapest, Szépirodalmi Könyvkiadó, 1987. (Magyar Ritkaságok sorozat)
- Corpus Iuris Canonici*
1881 *Corpus Iuris Canonici*. Pars Secunda: *Decretalium Collectiones Decretales* GREGORII P. IX. Ed. Emil Ludwig RICHTER, Emil FRIEDBERG. Leipzig, 1881. Versio digitalis: Angus GRAHAM, https://www.hs-augsburg.de/~harsch/Chronologia/Lspost13/GregoriusIX/gre_0000.html (megtekintve 2016. 10. 18.)
- Corpus Thomisticum*
2005 *Corpus Thomisticum*. Ed. Enrique ALARCÓN. Navarra, 2005. <http://www.corpusthomisticum.org/> (megtekintve: 2016. 10. 16.)
- CYPRIANUS
1868 S. THASCI CAECILI CYPRIANI *Opera omnia* [CSEL 3.3]. Ed. Guilelmus HARTEL. Vindobonae, apud C. Geroldi filium, 1868.

- DE DRAZNA
2014
NICOLAUS DE DRAZNA (?): *Repetitio de simonia (seu Tractatus de simonia; Codex Praha NK V E 28)*. Ed. Romolo CEGNA, 2014. http://nicolausdrazna.xoom.it/virgiliowizard/sites/default/files/sp_wizard/docs/Tractatus_De_simonia_2014_1.pdf (megtekintve 2016. 10. 11.)
- FRANK
1966
W. Isnard FRANK: *Leonhard Huntpichler O. P. (†1478), Theologieprofessor und Ordensreformer in Wien*. Archivum Fratrum Praedicatorum, 36, 1966.
- FRANK
1967
W. Isnard FRANK: *Das Gutachten eines wiener Dominikaners für die Universität Preßburg aus dem Jahre 1467*. Zeitschrift für Ostforschung, 16, 1967.
- FRANK
1968
W. Isnard FRANK: *Hausstudium und Universitätsstudium der Wiener Dominikaner bis 1500*. Wien, Böhlau, 1968.
- FRANK
1976
W. Isnard FRANK: *Der antikonkiliaristische Dominikaner Leonhard Huntpichler*. Wien, Verlag der ÖAW, 1976.
- FRANK
1983
FRANK, Isnard Wilhelm: *Leonhard Huntpichler*. In: *Die deutsche Literatur des Mittelalters, Verfasserlexikon*. Band 4. Ed. Hildegard von HÜRNHEIM, Heinrich KOBURGER. 2. kiad., Berlin, De Gruyter, 1983.
- GERRITS
1986
G. H. GERRITS: *Inter timorem et spem: A Study of the Theological Thought of Gerard Zerbolt of Zutphen (1367–1398)*. Leiden, E. J. Brill, 1986. (Studies in medieval and reformation thought, 37)
- GINTLI
2010
Magyar irodalom. Szerk. GINTLI Tibor. Budapest, Akadémiai Kiadó, 2010.
- Glossa ordinaria...*
2014
Glossa ordinaria in Matthaeum. Ed. Martin MORARD. 2014, n. 2437.
http://glossae.net/sites/default/files/Glossa_Ordinaria_55_super_Matthei_evangelium.pdf (megtekintve 2016. 10. 11.)
- GREGORIUS MAGNUS
1979
S. GREGORII MAGNI *Moralia in Iob: Libri I–X* [CCSL 143]. Ed. Marcus ADRIAEN. Turnholti, Brepols, 1979.

- GREGORIUS MAGNUS
1999
GREGORIUS MAGNUS: *Homiliae in evangelia* [CCSL 141]. Ed. R. ÉTAIX. Turnholti, Brepols, 1999.
- HARSÁNYI
1938
HARSÁNYI András: *A domonkos rend Magyarországon a reformáció előtt*. Debrecen, Nagy K. Grafikai Műint., 1938, 39–58.
- HIERONYMUS
1996¹
SANCTI EUSEBII HIERONYMI *Epistulae: Pars I: Epistulae I–LXX* [CSEL 54], ed. Isidorus HILBERG, editio altera supplementis aucta, Vindobonae, Verlag der ÖAW, 1996.
- HIERONYMUS
1996²
SANCTI EUSEBII HIERONYMI *Epistulae: Pars II: Epistulae LXXI–CXX* [CSEL 55]. Ed. Isidorus HILBERG, editio altera supplementis aucta. Vindobonae, Verlag der ÖAW, 1996.
- ISIDORUS HISPALENSIS
1998
ISIDORUS HISPALENSIS: *Sententiae* [CCSL 111]. Ed. CAZIER. Turnholti, Brepols, 1998.
- KISS
2016
KISS Farkas Gábor: *Latin és népr nyelv a késő-középkori magyarországi domonkos kolostorokban – Leonhard Huntptichler: Directio pedagogorum*. In: *ItK*, 120/2 (2016), 225–247.
- KLANICZAY
1990
KLANICZAY Tibor: *Egyetem Magyarországon Mátyás korában*. In: *ItK*, 94 (1990), 578–580.
- KUBINYI
1993
KUBINYI András: *Szécsi Dénes bíboros prímás*. In: *Entz Géza nyolcvanadik születésnapjára: Tanulmányok*. Szerk. VALTER Ilona. Veszprém, Országos Műemlékvédelmi Hivatal, 1993, 99–108.
- LÁZS
2005
LÁZS Sándor: *Szent Ágoston regulájának 15. századi magyar fordítója: Váci Pál munkássága a 15. századi domonkos rendi reformban*. In: *ItK*, 109 (2005), 188–205.
- LECLERQ
1965
Jean LECLERQ: *Documents sur les fugitifs*. In: *Analecta Monastica, Studia Anselmiana* 54, 7th series. Rome, Pontificium Institutum S. Anselmi, Orbis Catholicus Herder, 1965.
- MADAS–MONOK
2003
MADAS Edit – MONOK István: *A könyvkultúra Magyarországon a kezdetektől 1800-ig*. Budapest, Balassi Kiadó, 2003.

- NIDER
1611
R. P. F. Ioannis NIDER ordinis praedicatorum theologi *De reformatione religiosorum libri tres*, editi in lucem per R. P. F. IOANNEM BOUCQUETIUM DOMINICANUM ANTWERPIENSEM ac priorem Yprensem. Antverpiae, ex officina Plantiniana, apud viduam et filios Io. Moreti, 1611.
- PETRUS DE PALUDE
1552
D. PETRI A PALUDE *clarissimi exactissimique doctoris [...]* *lucubrationum opus in quartum Sententiarum*. A F. VINCENTIO GERMANO, excudebat Andreas a Portonariis, Salamanticae, 1552.
- PETRUS LOMBARDUS
1947
In Petri Lombardi Libr. Sent. I–IV. (STEGMÜLLER, *Repertorium commentariorum in Sententias Petri Lombardi*, 1947.) – Innocentius in IV libros Sententiarum commentaria, Bibliotheca casinensis 4.
- RAYMUNDUS DE PENNAFORT
1744
SANCTI RAYMUNDI DE PENNAFORT *Ordinis Praedicatorum Summa* [...], quam P. Honoratus Vincentius LAGET procuravit. Veronae, Carattonius, 1744.
- Regula S. Augustini*
1690
Regula S. Augustini et constitutiones ff. Ordinis Praedicatorum. Romae, typis Nicolai Angeli Tinassii, 1690.
- SARBAK
2001
SARBAK Gábor: *Über die Tätigkeit des Ordensreformers Leonhard Huntpichler OP in Ungarn*. In: „*swer sinen vriunt behaltet, das ist lobelich*“. *Festschrift für András Vizkelety zum 70. Geburtstag*. Kiad. Márta NAGY, László JÓNÁCSIK. Piliscsaba–Budapest, PPKE, 2001, 152–155.
- SCHABEL
2006
Chris SCHABEL: *Haec Ille. Citation, Quotation and Plagiarism in 14th-Century Scholasticism*. In: *The Origins of European Scholarship: The Cyprus Millennium International Conference*. Ed. Ioannis TAIFACOS. Stuttgart, 2006, 164–176.
- Summa Astensis*
1728
Summa Astensis ex ordine seraphico Patriarchae Sancti Francisci studio atque industria Fr. Joannis Baptistae Lamberti. I. Romae, Mainard, 1728.
- VERHEIJEN
1967
Luc VERHEIJEN: *La Règle se Saint Augustin, I. Tradition manuscrite*. Paris, Études Augustiniennes, 1967.